



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.


VD18 13723553

Novitii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

Apostolica, quibusvis personis secularibus, aut Ecclesiasticis: eosque monere, & requirere, juxta prædictorum tenorem, aliæque omnia opportuna exsequi, & de his publica coram testibus requisitis instrumenta conficere, quibus eadem adhibeatur fides in judicio & extra, ac si per alios authenticos Notarios fuissent authenticata; ac eosdem sic intimatos, monitos, & requisitos eis arctari debere. Concessit Pius v. per Bullam Ordini Prædicatorum, adjectâ pœnâ suspensionis à Divinis quoad Archiepiscopos, & Episcopos; & excommunicationis ipso facto quoad inferiores, adjectis item maximis clausulis derogatoriis. Habetur in Bull. comm. est 124. dat. 21. Mar. 1571. Incipit: *Debitum Pastoralis.*

Facultas hæc communicatur Provincialibus: quâ tamen non utantur, nisi quando prædicta per externos commodè fieri non poterunt.



NOVITII.

§. I.

Superiores admittunt Novitios.

Tam



Tam in eorum admittance ad Societatem, quàm ad Scholasticorum vota, post biennium Novitiatus, juxta Societatis morè per Superiores admittendi sunt. Gregorius XIV. Constit. pag. 97.

§. 2.

Superiores tam in Novitiis admittendis, quàm in dispensationibus cum eis, retinent auctoritatem, &c.

Tam in Novitiis, cujuscumque generis illegitimis admittendis, quàm in dispensationibus ad quælibet Officia, gradus, & dignitates in Societate, ipsis cujusvis generis illegitimis concedendis, formam, & rationem omnimodam in illis Apostolicis diplomatis, ac privilegiis quibusvis, nec non in Constitutionibus, Decretis, & Regulis expressam, liberè & licitè prosequi, & retinere posse Societatem, decernit, & quatenus opus sit de novo concedit Gregorius XIV. in litteris pag. 102.



OFFICIA.

§. I.

Absolutio ab Officiis, & eorum distributio.

Abso-